Antiocheno, tum ab aliis, quibus ſuperius reſponſorum executio injungetur, ut omnis quidem Ethnicæ ſuperſtitionis ſpecies, ejuſque afflatus, juxta Tertulliani monitum, etiam de longinquo devitetur: inſimul tamen Operariorum Euangelicorum in Vinea Domini ſtrenue, ac ſedulo laborantium, qui priuſquam ſupra relata Dubia ex ſolita hujus S.Sedis providentia, ac rectitudine dirimerentur, aliter ſenſerunt, honori, ac famæ conſulatur, nec tamquam Idololatriæ Fautores traducantur; præſertim quia pleraque ex illis, quæ Chriſtianis permittenda non eſſe, ſicut præmittitur, reſponſum fuit, ipſi quoque ſe nunquam re vera permiſiſſe declararunt; nec dubitandum ſit illos, finita jam cauſa, præfatæ S.Sedis mandatis ea, qua decet, humilitate, & obedientia eſſe obſecuturos.

IV.

Decretum SS. D. N. Clementis XI., quo confirmantur relata Reſponſa, poſt diligens examen editum.

Fer.5.die 20.Novembris 1704.

In Congregatione Generali Sanctæ Rom., & Univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Quirinali coram Sanctiſs. Dom. N. D.Clemente divina Providentia Papa XI, ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. Eccl. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus a Santa Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Examen.

Sanctitas Sua, poſtquam in pluribus Congregationibus coram ſe habitis, ab ipſo Pontificatus ſui primordio, ſuper præmiſſis Quæſitis, ſeu Dubiis Theologorum, & Qualificatorum ad id a ſa. mem. Innocentio XII. Deputatorum ſententias exceperat: poſtquam itidem pluries de iis egerat cum DD. Epiſcopis Beritenſi, & Roſalienſi Vicariis Apoſtolicis in Regno Sinarum, Romæ nunc commorantibus: ac poſtquam demum quicquid in ejuſmodi controverſiis Patres Franciſcus Noel, & Gaſpar Caſtner Societatis Jeſu Procuratores, & Miſſionarii Apoſtolici ejusdem Regni deducere potuerunt, ſeu voluerunt, audiverat: Reſponſa ſupradicta, quæ in aliis præcedentibus Congregationibus ſimiliter coram Sanctitate Sua habitis diu, multumque diſcuſſa, ac mature examinata fuerant, confirmavit, & approbavit, illaque D. Carolo Thomæ de Tournon Patriarchæ Antiocheno Commiſſario, & Viſitatori Apoſtolico in præfato Sinarum, & aliis Indiarum Orientalium Regnis tranſmitti mandavit, una cum congrua, & opportuna Inſtructione deſuper facienda, ad hoc, ut tam ipſe, quam reliqui Archiepiſcopi, Epiſcopi, ſeu alii, qui in illis partibus, Viſitatoris, Delegati, ſeu Vicarii Apoſtolici munus exercent, vel in poſterum exercebunt, Reſponſa hujuſmodi ab omnibus, & ſingulis nunc, & pro tempore ibidem exiſtentibus Miſſionariis cujuſcumque Ordinis, Religionis, & Inſtituti, etiam Soc. Jeſu, necnon ab univerſis Chriſtifidelibus earumdem partium ſub pœnis canonicis, qua decet, obedientia obſervari curent, & faciant; ſuſpenſa tamen interea, juſtis, & rationalibus ex cauſis animum Sanctitatis Suæ moventibus, eorumdem Reſponſorum publicatione, ſeu quavis evulgatione tam in Urbe, quam in aliis Europæ partibus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Confirmatio cum deputatione Executorum.

Joſeph Bartolus Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Notarius.

LXIX.

Deputantur Abbas Gen: Viſitatores, & Definitores Congregationis Monachorum Vallis-Umbroſæ, cum Statuto ſpectante ad Viſitationem Monaſteriorum Majoris Obſervantiæ.

Dat. 11.Dec. 1704. An.5.

Conſtitutiones hujus Congregationis extant Conſt: ed:1704, Mar:15, P.4. ubi agitur de Majori Obſervantia. Et Conſt: ed:1713, Sep:28, P.13 conceduntur Congregationi plurima privilegia.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſæ præſentis Conſtitutionis.

PRoſpero, fælicique Congregationis Vallis-Umbroſæ Monachorum Ordinis S.Benedicti regimine, & gubernio, quantum nobis ex alto conceditur, providere cupientes, ac de infraſcriptorum ejusdem Congregationis Monachorum expreſſe profeſſorum fide, prudentia, charitate, integritate, vigilantia, ſolertia, & Religionis zelo plurimum in Domino confiſi, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine dilectos filios Gregorium Bartoli in Abbatem Generalem, ac Silvanum Caranzi, Columbinum Baſſi, Laurentium Poltri, Virgilium Falugi, Angelum Mariam Serafini, Mercurialem Prati, Innocentium Roſetti, & Joannem Aurelium Caſati in Diffinitores, ac Ricciardum Betti, & Joannem Jacobum Caleppi Congregationis prædictæ Monachos expreſſe profeſſos in Viſitatores reſpective ejusdem Congregationis non modo uſque ad Dominicam tertiam poſt Paſcha Reſurrectionis Dominicæ proxime venturum, qua Capitulum Generale ipſius Congregationis convocari ſolet, ſed etiam inde ulterius ad tempus ſolitum, quo ejuſmodi officia juxta Regularia memoratæ Congregationis Inſtituta per Sedem Apoſtolicam confirmata durare conſueverunt, cum omnibus, & ſingulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & Indultis, ac honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis tenore præſentium conſtituimus, & deputamus.

Deputatio Generalis, Viſitatorum, & Definitorum, ac extenſio ſuorum officiorum ultra ſolitum tempus.

§.1. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, aliiſque arbitrio noſtro imponendis pœnis omnibus, & ſingulis ſupradictæ Congregationis Superioribus

Mandatū pro executione d. Deputationis

Monachis, & perſonis, cæteriſque ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, ut ſupranominatos Monachos ad officia eis reſpective per præſentes demandata, illorumque liberum exercitium juxta earumdem tenorem præſentium recipiant, & admittant, illoſque recognoſcant, & illis omnibus, quæ ad officia hujuſmodi pertinent, faveant, & aſſiſtant, pareantque, & obediant reſpective. Præterea auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus Abbas Generalis pro tempore exiſtens memoratæ Congregationis occaſione Viſitationis Monaſteriorum majoris obſervantiæ, & exactioris vitæ Communis ejusdem Congregationis pro eadem Viſitatione, & examine præter duos Viſitatores, & Secretarium etiam Abbatem pro tempore exiſtentem Monaſterii S. Mariæ ejusdem Vallis Umbroſæ, ſive S.Joannis Gualberti de Valle Benedicta alternatim una cum Priore alterutrius Monaſteriorum hujuſmodi adhibere, iique peracta Viſitatione prædicta fidelem, & ſinceram relationem proprio charactere ſubſcriptam circa eamdem vitam communem, ejuſque progreſſum ad Congregationem Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper diſciplina Regulari ſpecialiter deputatorum ſub pœnis itidem arbitrio noſtro infligendis quanto citius transmittere teneantur.

Statutum de ratione viſitandi Monaſteria, & relatione tranſmittenda ad Congregationem ſuper Diſcipl. Reg.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes easdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac Monachis ſupra nominatis in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Congregationis Vallis Umbroſæ, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes; illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XI. Decembr. MDCCIV. Pontificatus noſtri anno Quinto.

---

*

LXX.

Committitur privative Viceſgerenti Urbis cauſæ omnes Domus Catechumenorum, & Neophytorum de Urbe, locorumque piorum illi adnexorum.

Dat. 21. Jan. 1705. An.5.

Præd. Commiſſio antea facta fuerat Card. Protectori uti videre eſt in Conſtitutionibus infra laudatis. Et hujus Pontificis Conſt. ed. 1712, Jan.2, P.12, conceduntur Congregationi Piorum Operariorum Collegium, & Eccleſia S. M. Montium.

CLEMENS PAPA XI.

Monſignor Veſcovo di Veroli noſtro Vicegerente.

ESſendoci ſtato rappreſentato, per parte della Caſa de'Catecumeni di Roma, Chieſa della Madonna de'Monti, Luoghi Pii ad eſſa anneſſi, e Neofiti, che li noſtri Predeceſſori conſiderando, che detta Caſa, e Luoghi Pii, come eretti, e fondati nella Città Capitale del Criſtianeſimo per propagare la noſtra Santa Fede, e li Neofiti, come germogli novelli, e perſone, che dalle loro tenebre ſono venute alla luce del Santo Vangelo, erano degni d'una ſingolar protezione della Chieſa Romana, trà gl'altri molti privilegii a loro conceſſi havevano con loro lettere in forma di Breve aſſegnato in perpetuo a detti luoghi pii un Cardinale della S.R.C. per Protettore, il quale per evitar le ſpeſe delle liti, e la diſtrazione in diverſi Tribunali, come anche l'ingiurie, o veſſationi, che ſi poteſſero dare, ſpecialmente dall' Infedeli ſteſſi, o dalla Natione Ebrea a'Neofiti, e per facilitare alla detta Caſa, Luoghi pii, e Neofiti l'eſazione de'loro crediti, ed aſſegnamenti, particolarmente da pagarſi dall' Univerſità degl' Ebrei di Roma, ed altre Univerſità parimente d'Ebrei eſiſtenti nel noſtro Stato Eccleſiaſtico, haveſſe la facoltà privativa riſpetto a tutti gl'altri Tribunali, e Giudici di conoſcere tutte le Cauſe attive, e paſſive, tanto civili, come criminali di detti Luoghi pii, e de'Neofiti, come dalle lettere in forma di Breve della fel. ric. di Paolo Terzo l'anno 1542. li 19. Febraro, confermate dalla fel.ric. di Paolo Quarto ſotto li 23. Marzo 1556., e da Pio Quarto ſotto li 23. Gennaro 1560., e da altri noſtri Predeceſſori, e che dopo il Decreto, o Decreti d'una Congregazione Particolare confermato, o confermati dalla fel.ric. d'Innocenzio XII. noſtro Predeceſſore ſotto il dì 24., e 31. Agoſto 1692., ne'quali fu abolita la giuriſdizione contenzioſa a' Cardinali della S.R.C. Protettori de' Luoghi Pii, e furono ſoppreſſi molti Tribunali particolari, detta Caſa de' Catecumeni, e detti Luoghi Pii, come anche i Catecumeni, e Neofiti, diſtratti da diverſi Tribunali, abbiano molti pregiudizj, e frequenti veſſazioni patito.

Inter prædd. Catechumenorū, & Neophytorū privilegia extabat illud, quod eorum cauſæ privative ſpectarent ad Card. Protectorem.

Quæ juriſdictio abolita fuit ab Innoc. XII.

§.1. Noi per tanto per far conoſcere la Paterna pietà, che abbiamo verſo li detti Luoghi Pii fondati per la converſione d'Infedeli, la quale è il noſtro primo Inſtituto Apoſtolico, e verſo li Catecumeni, e Neofiti, che ſono venuti, ed in futuro verranno alla Santa Fede, quali ſono degni della noſtra ſpecial protezione, ed aſſiſtenza, di noſtro moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra Poteſtà Apoſtolica, avendo a Noi tutte, e ſingole liti, e cauſe, sì civili, come criminali, e miſte, attive, e paſſive di detta Caſa de' Catecumeni, Luoghi pii anneſſi de' Catecumeni ſteſſi, e Neofiti, figli di primo grado de' medeſimi Catecumeni, e Neofiti, e mariti di Neofite, o di figlie di primo grado di Neofiti moſſe, o reſpettivamente da moverſi in avvenire da qualſivoglia perſona, e contro qualſiſia perſona per qualunque cauſa in qualſivoglia Tribu-

Sed ab hoc Pontifice avocantur eorum cauſæ a quibuſcumque Judicibus, & Tribunalibus.

Tribunale, avanti qualſiſiano Giudici Ordinarii, Delegati, Eccleſiaſtici, e Secolari, Congregazione anche de' Reverendiſſimi Cardinali, e generalmente avanti qualſiſiano Giudici, benche privilegiati, e privilegiatiſſimi, le medeſime liti, e cauſe, tanto attive, quanto paſſive, anco già inſtrutte nello ſtato, e termine, nel quale ſi trovano al preſente, ed anco tutte l'altre cauſe, che in avvenire, ed in qualſivoglia tempo s'introdurranno, attive, e paſſive, civili, criminali, e miſte, pro, o contro detta Caſa de'Catecumeni, e Luoghi pii anneſsi, Catecumini, e Neofiti, e loro figli di primo grado, o mariti di Neofite, o pure delle loro figliole di primo grado in prima iſtanza, le commettiamo, e reſpettivamente le rimettiamo a Voi, come noſtro Vicegerente di Roma, ed all'altri Vicegerenti, che ſaranno pro tempore per gl'Atti del Notaro del noſtro Vicario di Roma, o d'altri Notari di altri Tribunali da deputarſi ſempre da'Deputati di detta Caſa de'Catecumeni privativamente ad ogn'altro Giudice, Tribunale anche Collegiale, e Magiſtrato, e Notaro, con piena, ampla, libera, ed aſſoluta facoltà, ed autorità di poterle con tutti i loro incidenti, dependenti, emergenti, anneſsi, conneſſi, ed anco con la clauſula quam, & quas conoſcere, decidere, finire, e terminare, ancorche ſi trattaſſe, o procedeſſe per vigore di oblighi Camerali, e giurati, e che le perſone, ch'aveſſero intereſſe, sì attivamente come paſsivamente in dette liti, e cauſe, foſſero Baſiliche, Chieſe, Cappelle, e Religioni, Commende, Monaſterj, Conventi, Oſpedali, Confraternite, ed anche Luoghi Pii anco inſigni, e quantoſivoglia privilegiati, e privilegiatiſsimi, ed ancorche foſſero Pupilli, Vedove, e Minori, anche per cauſa di mercedi, alimenti, e doti, e qualſiſiano altre perſone, che haveſſero privilegj tali, che per comprenderli aveſſero biſogno di ſpecial menzione, e di potere nelle dette cauſe procedere ogni giorno, ed ora, non però feriato in onor di Dio, ſenza ſervazione di termini ſoſtantiali, confezioni d'eſtratti, e regiſtri, ed ancora ſenza produzioni d'Inſtromenti, e Scritture publiche, ma con le ſole copie ſemplici, o indicazione di quelle a voſtro, e de'voſtri Succeſſori arbitrio, ed ancora ſenza depoſito, o pagamento di ſportole, o propine, con le ſole citazioni domi dim. copia, per contradette, o per editto anco fuor di Roma, e tutto il noſtro Stato Eccleſiaſtico in qualſivoglia luogo, benche de jure per Coſtituzioni, Statuti, Stili, e Conſuetudini foſſero neceſſarie di farle perſonalmente, e di eſseguire tutto ciò ſommariamente, ed eſecutivamente, e ſenza ſtrepito, e figura di Giudizio, e veduta la ſola verità del fatto, poſpoſta, e rimoſsa ogni qualunque appellazione, e ricorſo, fuori che al Noſtro Auditore, tanto nella ſeconda, quanto che in altre iſtanze, anco per capo di reſtituzione in integrum, e non ad altro Tribunale, benche ſupremo, dandovi perciò ancora piena, ed ampla facoltà, ed autorità di avvocare, e reaſſumere le cauſe, e liti ſudette da qualunque Giudice, o Tribunale, come ſopra, e a quelli inhibire ſotto le pene, e cenſure a voſtro arbitrio, che non ardiſchino porvi più le mani, nè ingerirviſi in modo alcuno.

Commiſſio earundem fit Viceſgerenti tanquam Judici privativo

Cum facultate procedendi ſummarie, ſolaque facti veritate inſpecta

Necnon reaſſumendi, & inhibendi cuicumque Judici, & Tribunali etiam ſub cenſuris.

Clauſulæ.

§. 2. Volendo, e decretando, che al preſente noſtro Chirografo non poſſa in alcun tempo opporſi di ſorezione, obrezione, o difetto della noſtra volontà, ed intenzione, nè di alcun altro vizio, o difetto, benche ſoſtanziale, e formale, e che ammettendoſi, e regiſtrandoſi in Camera, ſecondo la diſpoſizione della Bolla di Pio Quarto noſtro Predeceſsore de regiſtran. &c. vaglia, e debba aver ſempre il ſuo pieno effetto, eſecuzione, e vigore con la ſemplice noſtra ſottoſcrizione, e ancorche non ſiano ſtati chiamati, citati, nè ſentiti qualſiſiano perſone, e Luoghi pii, che aveſsero già moſse liti, e cauſe contro della Caſa de'Catecumeni, Luoghi pii anneſsi, e Neofiti, e Perſone ſopra ſpecificate, e qualſiſiano altre Perſone, le quali ſopra di ciò direttamente, o indirettamente, o in qualunque altro modo aveſseſoro, o pretendeſsero di avere intereſse, e che ſopra tutte, e ſingole coſe ſudette, e così, e non altrimenti debba ſempre giudicarſi, deffinirſi, e interpretarſi, tanto da Voi, quanto da altri, che pro tempore vi ſuccederanno, ſenza che altri poſſano ingerirſi nè in giudicare, ne interpretare, ancorche foſsero Legati de Latere, overo Auditori della noſtra Rota, Camera, Segnatura, e qualſiſiano altri Giudici Ordinarii, Commiſsarj, Delegati, e Subdelegati, come ſopra, togliendo Noi ad eſsi, e a ciaſcheduno di loro ſopra le coſe ſudette la facoltà, e autorità di giudicare, interpretare, e diffinire altrimente, e dichiarando Noi adeſso, per quando poteſse venire il caſo, preventivamente irrito, nullo, e invalido tutto ciò, che in contrario ſi faceſse, non oſtanti le Coſtitutioni d'Innocenzio VIII., Giulio II., Gregorio XIII., Gregorio XIV., Innocenzio XII., ed altre de'Sommi Pontefici ſopra le facoltà di qualſiſiano Giudici, e Tribunali, qualſivoglia privilegj a qualſiſia Perſona foſse conceduti, e competenti per le qualità de'contratti, e Perſone ſudette, la regola della noſtra Cancellaria de jure quęſito non tollendo, e qualſiſiano altre Coſtituzioni, e Ordinazioni Apoſtoliche de' noſtri Predeceſsori, Leggi civili, e canoniche, ſtatuti, riforme, uſi, ſtili, conſuetudini, e qualunque altra coſa, che faceſse, o poteſse fare in contrario, alle quali tutte, e ſingole, ancorche conteneſsero clauſole inſolite derogatorie, e derogatorie di derogatorie, ſupplendo Noi con la pienezza della noſtra poteſtà a qualſivoglia difetto, sì ſoſtantiale, come formale, che ſopra ciò poteſse intervenire, avendone il tenore qui per eſpreſso, e di parola in parola inſerto per queſta volta ſola, ed all'effetto ſuddetto amplamente, e in ogni altro miglior modo deroghiamo. Dato nel noſtro Palazzo Vaticano queſto dì 21. Gennaro M DCC V.

LXXI.

Declaratur, jus viſitandi Parochiales Eccleſias Regularium in Inſulis Philippinis competere Locorum Ordinariis.

Dat. 30. Jan. 1705. An. 5.

De Confeſſariis Regularibus ab Ordinario approbandis extat Inn. XII. Conſt. ed. 1698., Sep. 6. P. 8. Et Inn. XIII. Conſt. ed. 1722. Aug. 26. P. 2. agitur de ingreſſu Parochorum in Eccleſias Regularium.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Lis inter Religioſos, & Ordinarios dd. Inſularum de Viſitatione Eccleſiarum Parochialium.

CUm ſicut Venerabilis Frater modernus Archiepiſcopus Manilan. Nobis nuper exponi fecit,

fecit, dilecti filii Fratres Ordinum Prædicatorum, Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, ac Eremitarum Sancti Auguſtini, nec non Clerici, ſeu Presbyteri Regulares Societatis Jeſu ordinariam Viſitationem in ſeptingentis, & amplius Parochialibus Eccleſiis, ſeu (ut vocant) Doctrinis, quas in Diœceſi Manilan, & aliis Inſularum Philippinarum Epiſcopatibus regant, & reſpective exercent, admittere renuant, ſeque potius animarum curam, dictaſque Parochiales Eccleſias deſerere, quam ſeſe Viſitationi prædictæ ſubjicere velle declarent, plura ſcandala, & abſurda exorta, inde vero plura ſcandala, & inconvenientia cum neglectu Conſtitutionum Apoſtolicarum, ac Decretorum Concilii Tridentini, exoriantur, ac proinde ipſe Archiepiſcopus de opportuno deſuper remedio a Nobis provideri plurimum deſideret. Nos ejuſdem Archiepiſcopi votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de nonnullorum ex Ven: Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus dicti Concilii Tridentini Interpretibus ſuper hoc negotio a Nobis ſpecialiter Deputatorum, qui Fratrum, & Clericorum, ſeu Presbyterorum Regularium prædictorum Procuratorem citatum, & informantem ſuper præmiſſis audiverunt conſilio, jus viſitandi Regulares in iis, quæ concernunt curam Animarum, ac Sacramentorum adminiſtrationem Archiepiſcopo Manilan, aliiſque Epiſcopis in Inſulis Philippinis exiſtentibus competere, nec eoſdem Regulares Parochias, ſeu Doctrinas, de quibus agitur ſub cenſurarum, amiſſionis bonorum, aliiſque arbitrariis pœnis, dimittere poſſe, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium decernimus, & declaramus.

Preces Archiepiſcopi Manilan.

Declaratio pro Ordinariis Locorum, & mandatū, ne dd. Religioſi Parochias dimittant.

Clauſulæ.

§. 1. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quatenus opus ſit Ordinum, & Societatis præfatorum, aliiſve quibuſvis, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 3. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXX. Januarii MDCCV. Pontificatus noſtri anno quinto.

LXXII.

*

Confirmatur decretum Congregationis Epiſc. & Reg. de inſtituendo Procuratore Gen: in Urbe pro Minoribus Diſcal. & Recoll., cum quibuſdam ordinationibus.

Dat. 12. Mar. 1705. An. 5.

De electione Definitoris Fratrum Recollect. extat Innocentii XII. Conſt. ed. 1699., Maii 30. P. 8. Et Bened. XIII. Conſt. ed. 1726 Jan. 28. P. 2. agitur de erectione Cœnobii Fratrum Diſcal.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

ALias ad ſupplicationem Dilectorum Filiorum Fratrum Provinciarum Ordinis Minorum Sancti Franciſci Diſcalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum familiæ Ultramontanæ emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negociis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium Negociis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, re mature diſcuſſa, & perpenſis objectionibus ex adverſo oppoſitis per Patrem Procuratorem Generalem de Obſervantia, referente Eminentiſſimo Domino Cardinali Sperello ſub diebus 15. Junii, & 31. Auguſti, ac iterum ſub die 7. Decembris Anni 1703. cenſuit conſtituendum eſſe Procuratorem Generalem pro Diſcalceatis, & Recollectis, qui Romæ, & in Conventu Aracœlitano debeat reſidere, donec de alio Conventu in Urbe ei provideatur, una cum Socio, qui eidem in munere Secretarii deſerviat: Officium autem ipſius duret per ſexennium, videlicet ab uno Capitulo Generali ad aliud, iſque res peragat omnium Diſcalceatorum, & Recollectorum tam Hiſpaniæ, & Italiæ, quam etiam Galliæ, aliarumque Regionum, & Provinciarum, exceptis Germano-Belgicis, qui, nulla facta innovatione, remanere valeant ſub dicto Procuratore Generali de Obſervantia. Et ſimiliter quotquot ex Polonia, Bohemia, aliiſque Provinciis hactenus fuerunt ſub Procuratore Generali Reformatorum Ciſmontanæ Familiæ reſidente in Conventu S. Franciſci ad Ripam, ſub eodem remanere debeant, cui nuſquam præjudicium inferatur, ſed præcedentiæ, & alia Jura ſemper illæſa permaneant. Ad hujuſmodi Officium altera vice aſſumi debeat unus ex Recollectis, &

Decretū prædictæ Congr.

altera

altera unus ex Diſcalceatis, idque ab eorum Vocalibus in Capitulo Generali. Electio autem fiat per ſchedulas, & vota ſecreta, nemine proponente. Socius vero Secretarii munere functurus, cum Procurator erit ex Recollectis, aſſumatur ex Diſcalceatis; & è contra, cum erit ex Diſcalceatis, aſſumatur ex Recollectis. Pro hac prima vice ſit Procurator Generalis Pater Joannes Damaſcenus Meſnard Recollectus Provinciæ S. Dionyſii, cujus Officium ex nunc incipiat, & duraturum ſit uſque ad aliam electionem faciendam ex familia Diſcalceatorum in Capitulo Generali anni 1712. Et quia ipſe Pater Meſnard eſt abſens extra Italiam, donec ad Urbem venerit, ejus partes, & vices impleat Pater Iſidorus a Jeſu Diſcalceatus Provinciæ S. Joſephi in Caſtella. Hujuſmodi Procuratoris munus ſit in omnibus ſimile muneri Procuratoris Generalis Reformatorum Ciſmontanæ Familiæ cum iiſdem facultatibus, & prærogativis quibuſcumque. Romæ &c. G. Cardinalis Carpineus. Locus ✱ ſigilli.

Preces Fratrū Familiæ Ultramontanæ.

§.1. Cum autem, ſicut pro parte eorumdem Fratrum Nobis nuper expoſitum fuit, ipſi Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent. Nos præfatos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum. harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſsis auctoritate memoratæ Congregat. Cardinalium,

Confirmatio relati Decreti

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſsime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſsis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, Provinciarum, Conventuum, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſsis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſsis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XII. Martii MDCCV. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

LXXIII.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſ., & Reg. approbans diviſionem Provinciæ S. Antonii in Regno Portugalliæ Fratrum Min. Reformat. in duas ſub certis conditionibus.

Dat 24. Apr. 1705. An. 5.

Conſt: ed: 1702, Sep: 15, P. 2 extat diſmembratio Cœnobiorum a Provincia S. Petri de Alcantara Regni Neapolis. Et Conſt. ed. 1709, Mar. 8, P. 9 agitur de diviſione Provinciæ S. Didaci Papien:

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri Provincialis, & Superiorum Provinciæ Sancti Antonii in Regno Portugalliæ Ordinis Minorum S. Franciſci de obſervantia Reformatorum nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quod cum ipſa Provincia numerus Conventuum, & Religioſorum notabiliter auctus reperiretur, prædicti ejus Religioſi ob locorum diſtantiam, & ardua itinera multa patiebantur incommoda, ac inter eos continuæ diſſenſiones, lites, graviſſimæque inordinationes oriebantur, ac proinde, his, aliiſque incovenientibus in Capitulo Provinciali Provinciæ præfatæ quod die 16. Januarii 1694. in Conventu S. Antonii loci de Caſtagneira celebratum fuit, conſideratis, de eadem Provincia in duas dividenda, ſi ad id hujus Sanctæ Sedis licentia accederet, illam approbante, & confirmante tunc exiſtenti Miniſtro Generali dicti Ordinis, qui in eodem Capitulo Præſidentis munere fungebatur, deliberatum fuerat, ſubinde vero eadem diviſio, repartitis per tres Religioſos qualificatos Conventibus, ac tredecim ex eis uni, totidemque alteri ſic de novo erigendis Provinciis aſſignatis, in Capitulo Generali Menſe Junii ejuſdem anni in Oppido Civitate nuncup. Victoriæ itidem celebrato, a Diſcretorio, dicto Miniſtro Generali, & Definitorio Generali ibidem congregatis iterum approbata, ac noviſſime nempe die 17. Februarii 1703. eadem diviſio altera vice propoſita in Capitulo Provinciali in prædicto Conventu convocato, prævia reformatione circa aliqua pacta, plenis votis, & nemine diſcrepante cum conditionibus in eodem Capitulo ſtabilitis acceptata fuerat. Et in eadem expoſitione ſubjuncto, quod cum prædicta Cardinalium Congregatio ad Venerabilem Fratrem Michaelem Angelum Archiepiſcopum Tharſen in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis Nuntium pro informatione ſuper

Cauſæ diviſionis præd. a Capitulis Provincialibus 1694, 1703, & Generali 1694, necnon Nuncio Apoſtolico approbatæ.

dicta diviſione ſcripſiſſet, prædictus Michael Angelus Archiepiſcopus, & Nuntius tranſmiſerat ad ipſam Congregationem Cardinalium una cum ſua informatione conditiones ſequentes.

Conditiones ſub quibus diviſio fieri debebat.

Primo videlicet, ut Provincia Ulyſſiponen. ſuum proprium nomen Sancti Antonii retinere, altera vero ſic de novo erigenda Provincia conceptionis de Bera, & Migno nuncupari, ac Convenienti ſigillo uti deberet.

Secundo quod expenſæ pro expeditione præſentium literarum ab utraque Provincia pro æquali portione fierent.

Tertio ut eleemoſynæ communes ordinariæ nuncupatæ, quas Chariſſimus in Chriſto filius Petrus Portugalliæ, & Algarbiorum Rex pro ſua Regia pietate ſingulis annis Provinciæ ſupradictæ facere ſolet, æqualiter dividerentur, itaut Provinciæ erigendæ illa pars obveniret, quæ ad quemlibet ſuorum Conventuum ſpectabit.

Quarto ut ſuffragia pro Religioſis defunctis, qui profeſſionem ante perventam diviſionem emiſiſſent, ab utraque Provincia perſolverentur, ac dies eorum obitus per literas notificari deberet, prout de præſenti fieri ſolet.

Quinto in Conventu ſupradicto S. Antonii Ulyſſiponen. duæ Cellæ aſſignatæ erunt pro duobus Religioſis Procuratoribus novæ Provinciæ erigendæ hujuſmodi, quotieſcumque eos ad prædictam Civitatem pro ipſius Provinciæ negotiorum expeditione accedere contigiſſet.

Sexto liceret unicuique ex Religioſis alterutram ex dictis Provinciis intra ſex Menſes a die conclusionis dictæ diviſionis incipien. eligere.

Septimo ex duobus Conventibus, qui in diſtrictu loci de Maragnon nempe de Gran Para, & præfati de Maragnon locorum reſpective nuncupat. ſiti ſunt, primodictus ad Ulyſſiponen., alter vero ad Conceptionis prædictæ, Provincias reſpective ſpectabunt, hac tamen conditione, quod præfatus Conventus dicti loci de Maragnon Religioſos Provinciæ Conceptionis erigendæ hujuſmodi eo tempore, quo inibi Hoſpites erunt charitative excipiet, parique charitate ab altero Conventu ejuſdem loci de Para excipientur Religioſi Provinciæ Ulyſſiponen. præfatæ, & ibidem curabuntur, ſi eos aliqua infirmitate tempore Miſſionum corripi contingat, Miſſiones vero hujuſmodi inter Fratres utriuſque Provinciæ æqualiter dividantur.

Octavo repartitio Conventuum ſic fiat, ſcilicet, ut relictis Provinciæ Sancti Antonii omnibus illis Conventibus, qui uſque ad Oppidum, ſeu locum de Cantagneda incluſive ſiti ſunt, nova fundatio Conventus de Figuereio de Campo nuncupat., cæterique alii Conventus, qui a Serem, & Vizeu uſque ad flumen Mignum reperiuntur ad novam Provinciam Conceptionis prædictam ſpectare debeant, Collegii autem Colimbrien., licet illius gubernium in ſolidum penes Provinciam Sancti Antonii remaneat, dicta nova Conceptionis Provincia uſum habeat, hac forma nempe, quod in ipſum Collegium Collegiales utriuſque Provinciæ æquali numero admittantur, & indiſtincte tractabuntur, prout hactenus obſervatum fuit, deficientibus vero eleemoſynis pro illius ſuſtentatione utraque Provincia pro rata juxta Religioſorum numerum in eo commorantium illas ſubminiſtrabit. Lectores artium alternatim, Theologiæ vero de Prima, & Tertia juxta antianitatem uniuſcujuſque, itaut quælibet Provincia Lectorem ſuum ſemper habeat, conſtituantur.

§.1. Prætera ſi nova Provincia Conceptionis prædicta aliquem ſitum pro conſtruendo Dormitorio, aliiſque ſibi neceſſariis commodum inveniret, conſequi poſſet, Divina autem officia in eadem Eccleſia, & Sacrario peragi, & aula pro actibus literariis, prout de præſenti ſit, & perinde ac ſi omnes ſub eadem Provincia uniti eſſent, uti debeant, & quatenus nova Provincia Conceptionis hujuſmodi ad eum ſtatum perveniret, habendi Collegium ſeparatum, utriuſque Provinciæ Superiores inter ſe circa neceſſarias proviſiones concordare curabunt.

§.2. Ac proinde quo quies, & unio inter prædictos Fratres conſervaretur, eidem Congregationi pro parte dictorum exponentium ſupplicato, ut diviſionem hujuſmodi cum conditionibus prædictis, & in noviſſimo Capitulo Provinciali (ut præfertur) acceptatis, confirmaret, & approbaret, emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, attenta relatione Nuntii Apoſtolici apud Sereniſſimum Luſitaniæ Regem reſidentis, referente Eminentiſſimo S. Clementis, cenſuit indulgendum, prout præſentis Decreti vigore benigne indulget confirmationi diviſionis præfatæ Provinciæ cum conditionibus expreſſis, & approbatis in proximo præterito Capitulo Provinciali, ita tamen, ut effectum non habeat, niſi completo regimine Provincialis electi in eodem Capitulo. Romæ 18. Aprilis 1704. G. Cardinalis Carpineus. Loco ✝ Sigilli. N. Grimaldus Secr.

Decretum Congregationis approbans diviſionem cum relatis conditionibus

§.3. Cum autem, ſicut prædicti Fratres Provinciæ erigendæ hujuſmodi Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſiderent: Nos ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis Cardinalium hujuſmodi.

Preces Fratrum novæ Provinciæ.

Confirmatio relati decreti

§.4. Decernentes eaſdem præſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Audi-

Clauſulæ.

Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Ordinis, & Provinciæ Sancti Antonii hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIV. Aprilis MDCCV. Pontificatus noſtri anno Quinto.

LXXIV.

Dat. 8. Maji 1705. An. 5.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum de facultate celebrandi Miſſam de B.M.V. ſingulis Sabbatis pro Fratribus Minoribus Diſcalc. Provinciæ Mexicanæ.

Hæc facultas conceſſa fuerat Provinciæ Bæthicæ Conſt: ed: 1704, *Feb:* 13, *P.* 4.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum ad ſupplicationem dilecti filii Joſephi de Sottomayor fratris expreſſe Profeſſi, ac Prominiſtri Provincialis Provinciæ Mexicanæ Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Excalceatorum nuncupatorum, Decretum tenoris, qui ſequitur videlicet: Mexicana. Ad humillimas preces Sanctiſſimo Domino Noſtro Clementi PP. XI. a Patre Joſepho de Sottomayor Ordinis Excalceatorum Sancti Franciſci, & Provinciæ Mexicanæ Prominiſtro porrectas a Sanctitate Sua ad Sac. Rituum Congregationem remiſſas, & ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinale S. Clementis relatas: Sac. eadem Rituum Congregatio gratiam alias ſub die 13. Auguſti anni 1701. eidem Ordini Provinciæ Bæthicæ impartitam extendendo, benigne indulſit, atque conceſſit, ut in Eccleſiis Ordinis prædicti Exalceatorum S. Franciſci Provinciæ Mexicanæ qualibet die Sabbati per annum non impediti officio duplici primæ, & ſecundæ Claſſis, exceptis Sabbato Sancto, Sabbatis infra octavam Reſurrectionis Domini Noſtri, & Pentecoſtes, & Vigilia Nativitatis Domini, ſi in Sabbatum inciderit, non omiſſa Conventuali, unica etiam Miſſa Votiva de Beata Maria Virgine celebrari poſſit, & valeat. Die 4. Aprilis 1705. G. Cardinalis Carpineus. Loco † Sigilli. B. Inghirami Sac. Rit. Congr. Secr.

Decretum præd., in quo tamen excipiuntur nonnulla Sabbata.

Preces Prominiſtri Provincialis.

§.1. Cum autem, ſicut prædictus Joſephus Nobis ſubinde exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret: Nos ipſum Joſephum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis, quibuſcumque.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die VIII. Maji MDCCV. Pontificatus noſtri anno Quinto.

LXXV.

Dat. 30. Maji 1705. An. 5.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſ:, & Reg. de non immutando habitu, & Breviario Congregationis Præmonſtratenſium Hiſpaniarum.

Hoc Decreto decernitur non eſſe executioni mandandam Conſtitutionem ed: 1703, *Feb:* 8, *P.* 3. *Et Inn; XIII Conſt: ed;* 1724, *Feb:* 9, *P.* 3 *conceditur facultas recitandi Officia Sanctorum propriorum juxta Ritum Breviarii, & Miſſalis Romani.*

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita in cauſa prætenſæ commutationis habitus, & officii inter dilectos filios Canonicos Regulares Congregationis Præmonſtratenſium Hiſpaniæ ex una, & modernum Procuratorem Generalem Ordinis Præmonſtratenſium Galliæ etiam, nonnulloſque Religioſos ejuſdem Congregationis Hiſpaniæ ex altera partibus vertente Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet. In Cauſa Hiſpaniarum prætenſæ commutationis habitus, & officii vertente inter Congregationem Præmonſtratenſium Hiſpaniæ ex una, & Procuratorem Generalem Ordinis Præmonſtratenſium Galliæ &c. & nonnullos Patres ejuſdem Congregationis Hiſpaniæ partibus ex altera Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, ad quam Sanctiſſimus Dominus Noſter preces ejuſdem Congregationis Præmoſtratenſium Hiſpaniarum remiſit, mature perpenſis Brevibus B.Pii V ſan.mem.Gregorii XIII., Clementis VIII., & Urbani VIII, & Reſolutionibus ipſius Sacræ Congregationis alias emanatis ſuper eadem prætenſa mutatione habitus, re diſcuſſa in ipſa Sacra Congregatione favore memoratæ Congregationis Hiſpaniarum necnon Statutis primævis Ordinis Præmonſtratenſis, & Conſtitutionibus prædictæ Congregationis Hiſpaniæ, habitaque opportuna Informatione Brevis ſan: mem: Innocentii XII. ad inſtantiam nonnullorum Religioſorum præfatæ Congregationis Hiſpaniarum expediti, atque attente conſiderato Brevi motu proprio a Sanctitate Sua die 8. Februarii 1703. conceſſo, mutationem habitus, & Breviarii in eadem Congregatione Præmonſtratenſium Hiſpaniarum deferri, & recitari reſpective conſueti demandante, Partibus hinc inde informantibus, referente Eminentiſſimo S. Clementis, cenſuit, ac decrevit, ſi eidem Sanctiſſimo Domino Noſtro placuerit, præfatum Breve a Sanctitate ſub dicta die 8. Februarii 1703. conceſſum, non eſſe exequendum Romæ 30. Januarii 1705. Et die 7. Februarii dicti anni, facta ſuper præmiſſis relatione eidem Sanctiſſimo Domino Noſtro, Sanctitas Sua prædictæ Sacræ Congregationis ſententiam benigne approbavit, prædictumque Breve executioni non demandari juſſit. Romæ &c. Cardinalis Carpineus, J.F. Grimaldus Secr.

Decretum præd. quo ſtatuitur, non eſſe executioni mandandam Conſtitutionem ed: 1703 de mutatione Habitus, & Breviarii.

§.1. Cum autem, ſicut pro parte dilecti filii Joannis Arevali Canonici Regularis expreſſe profeſſi, ac Procuratoris dictæ Congregationis Hiſpaniæ Nobis ſubinde expoſitum fuit, ipſe Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret, Nos ipſum Joannem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Congregationis, & Ordinis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXX. Maji MDCCV. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

LXXVI.

Dat. 14. Julii 1705. An. 5.

Confirmantur, & innovantur Conſtitutiones Inn: X, & Alex: VII adverſus Janſenianam hæreſim, cum nonnullis opportunis declarationibus.

Laudatæ Conſtitutiones hic referuntur, & tres aliæ ad eamdem rem ſpectantes memorantur, videlicet Clem. IX ed. 1669, *Jan.* 19, *& Inn. XII* 1694, *Feb.* 6, *ac* 1696, *Nov:* 24. *hujus Pont. Conſt: ed:* 1704, *Feb.* 11, *Pont.* 4. *damnata fuere quædam Folia:* Acte de Appel. &c. *& Conſt: ed:* 1708, *Jul.* 13, *P.* 8. *damnatur Liber:* Novum Teſtament. &c.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Univerſis Chriſtifidelibus Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

VIneam Domini Sabaoth, quæ eſt Catholica Eccleſia, pro commiſſo Nobis divinitus Apoſtolicæ ſervitutis munere cuſtodire, atque excolere omni ſtudio, atque induſtria jugiter ſatagentes, ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ad ſuccreſcentes in illa perniciosarum novitatum vepres radicitus evellendos prudenti, ſalubrique conſilio conſtituta eſſe noſcuntur, ut quibuſcunque Inimici Hominis molitionibus dejectis, firmius ſemper, atque exactius obſerventur, Apoſtolici muniminis noſtri præſidio libenter roboramus, atque alias deſuper ſolicitudinis, & providentiæ noſtræ partes interponimus, ſicut omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis ad fidelem, ac tutam orthodoxæ veritatis cuſtodiam, necnon Animarum pretioſo Unigeniti Dei Filii Domini Noſtri Jeſu Chriſti Sanguine redemptarum ſalutem expedire in Domino arbitramur.

Exordium a ſolicitudine curandi obſervantiam eorũ quæ pro extinguendis pravis erroribus a Prædeceſſoribus ordinata ſunt.

§.1. Sane poſtquam fel. rec. Innocentius Papa X. Prædeceſſor noſter per quamdam ſuam deſuper editam Conſtitutionem quinque famoſas Propoſitiones ex libro Cornelii Janſenii Epiſcopi Iprenſis, cui titulus *Auguſtinus* excerptas Apoſtolici cenſura judicii rite confixerat, rec. mem. Alexander Papa VII. etiam Prædeceſſor noſter ad ejuſmodi jam damnatos errores e Chriſtifidelium mentibus prorſus abolendos, publicæque tranquillitatis perturbatorum ſubtili tectas calli-

Damnatio propoſitionũ e Libro Cornelii Janſenii excerptarum ab Inn: X edita confirmata fuit ab Alex: VII.

ditate machinationes penitus evertendas, prædictam Innocentii Prædeceſſoris Conſtitutionem, toto illius inſerto tenore, confirmavit, novarumque declarationum acceſſione conſtabilivit, ſua in id pariter edita Conſtitutione tenoris, qui ſequitur, videlicet:

Conſtitutio Alex:VII.15. Febr.1664.

§.2. ALEXANDER EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI. *Univerſis Chriſtifidelibus ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.* Ad Sanctam Beati Petri Sedem, & Univerſalis Eccleſiæ regimen, inſcrutabili Divinæ providentiæ diſpoſitione, nullis noſtris ſuffragantibus meritis evecti, nihil Nobis antiquius ex muneris noſtri debito eſſe duximus, quam ut ſanctæ Fidei noſtræ, ac Sacrorum Dogmatum integritati tradita Nobis a Deo poteſtate opportune conſuleremus. Ac licet ea, quæ Apoſtolicis Conſtitutionibus abunde fuerunt definita, novæ deciſionis, ſive declarationis acceſſione nequaquam indigeant; quia tamen aliqui publicæ tranquillitatis perturbatores illa in dubium revocare, vel ſubdolis interpretationibus labefactare non verentur, ne morbus iſte latius divagetur, promptum Apoſtolicæ auctoritatis remedium cenſuimus non eſſe differendum. Emanavit ſiquidem alias a fel. rec. Innocentio Papa X. Prædeceſſore noſtro Conſtitutio, Declaratio, & Definitio tenoris, qui ſequitur, videlicet:

Conſtitutio Inn:X.31 Maji 1653.

§.3. INNOCENTIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI. *Univerſis Chriſtifidelibus ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.* Cum occaſione impreſſionis Libri, cui titulus *Auguſtinus* Cornelii Janſenii Epiſcopi Iprenſis, inter alias ejus opiniones, ortæ fuerint, præſertim in Galliis, controverſia ſuper quinque ex illis, complures Galliarum Epiſcopi apud Nos inſteterunt, ut eaſdem propoſitiones Nobis oblatas expenderemus, ac de unaquaque earum certam, & perſpicuam ferremus ſententiam. Tenor vero præfatarum propoſitionum eſt prout ſequitur. Prima. Aliqua Dei præcepta hominibus juſtis volentibus, & conantibus ſecundum præſentes, quas habent vires, ſunt impoſſibilia, deeſt quoque illis Gratia, qua poſſibilia fiant. Secunda. Interiori Gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ nunquam reſiſtitur. Tertia. Ad merendum, & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas a neceſſitate, ſed ſufficit libertas a coactione. Quarta. Semipelagiani admittebant prævenientis Gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium Fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent, eam Gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare. Quinta. Semipelagianum eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe. Nos, quibus inter multiplices curas, quæ animum noſtrum aſſidue pulſant, illa in primis cordi eſt, ut Eccleſia Dei Nobis ex alto commiſſa, purgatis pravarum opinionum erroribus, tuto militare, & tanquam navis in tranquillo mari, ſedatis omnium tempeſtatum fluctibus, ac procellis, ſecure navigare, & ad optatum ſalutis portum pervenire poſſit, pro rei gravitate coram aliquibus S.R.E. Cardinalibus ad id ſpecialiter ſæpius congregatis, ac pluribus in Sacra Theologia Magiſtris, eaſdem quinque propoſitiones, ut ſupra, Nobis oblatas fecimus ſingillatim diligenter examinari, eorumque ſuffragia, tum voce, tum ſcripto relata mature conſideravimus, eoſdemque Magiſtros, variis coram Nobis actis Congregationibus, prolixe ſuper eiſdem, ac ſuper earum qualibet differentes audivimus. Cum autem ab initio hujuſcemodi diſcuſſionis, ad Divinum implorandum auxilium multorum Chriſtifidelium preces, tum privatim, tum publice indixiſſemus, poſtmodum iteratis eiſdem ferventius, ac per Nos ſolicite implorata Sancti Spiritus aſſiſtentia, tandem Divino Numine favente ad infraſcriptam devenimus declarationem, & definitionem. Primam prædictarum propoſitionum: Aliqua Dei præcepta hominibus juſtis volentibus, & conantibus, ſecundum præſentes, quas habent vires, ſunt impoſſibilia, deeſt quoque illis Gratia, qua poſſibilia fiant: temerariam, impiam, blaſphemam, anathemate damnatam, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Secundam: Interiori Gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ nunquam reſiſtitur: hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Tertiam ad merendum, & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas a neceſſitate, ſed ſufficit libertas a coactione: Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Quartam: Semipelagiani admittebant prævenientis Gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium Fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare: falſam, & & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Quintam: Semipelagianum eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe: falſam, temerariam, ſcandaloſam, & intellectam eo ſenſu, ut Chriſtus pro ſalute dumtaxat prædeſtinatorum mortuus ſit, impiam, blaſphemam, contumelioſam, Divinæ pietati derogantem, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Mandamus igitur omnibus Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, ne de dictis propoſitionibus ſentire, docere, ac prædicare aliter præſumant, quam in hac præſenti noſtra declaratione, & definitione continetur, ſub cenſuris, & pœnis contra hæreticos, & eorum fautores in jure expreſſis. Præcipimus pariter omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, necnon hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, ut Contradictores, & rebelles quoſcunque per cenſuras, & pœnas prædictas, cæteraque juris, & facti remedia opportuna, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, omnino coerceant, & compeſcant. Non intendentes tamen per hanc declarationem, & definitionem ſuper prædictis quinque propoſitionibus factam, approbare ullatenus alias opiniones, quæ continentur in prædicto libro Cornelii Janſenii. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, pridie Kal. Junii, Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Quinque Propoſitiones excerptæ ex Libro Janſenii.

Condemnati[o] earundem propoſitionũ [c]um particu[la]ri in ſingu[la]s cenſura.

Continuatio Conſtitutionis Alexandrinæ, in qua confirmata fuit Innoc.X. Conſtitutio, nec non declaratũ, præd. propoſitiones proſcriptas fuiſſe in ſenſu Janſenii.

§.4. Cum autem, ſicut accepimus, nonnulli iniquitatis Filii prædictas quinque propoſitiones, vel in libro prædicto ejuſdem Cornelii Janſenii non reperiri, ſed ficte, & pro arbitrio compoſitas eſſe, vel in ſenſu ab eodem intento damnatas fuiſſe, aſſerere, magno cum Chriſtifidelium ſcandalo, non reformident: Nos, qui omnia, quæ hac in re geſta ſunt, ſufficienter, & attente perſpeximus, utpote qui ejuſdem Innocentii Prædeceſſoris juſſu, dum adhuc in minoribus conſtituti Cardinalis munere fungeremur, omnibus illis Congreſſibus interfuimus, in quibus Apoſtolica auctoritate eadem cauſa diſcuſſa eſt, ea profecto diligentia, qua major deſiderari non poſſet, quamcunque dubitationem ſuper præmiſſis in poſterum auferre volentes, ut omnes Chriſtifideles in ejuſdem Fidei unitate ſeſe contineant, ex debito noſtri Paſtoralis Officii, ac matura deliberatione, præinſertam Innocentii Prædeceſſoris noſtri Conſtitutionem, Declarationem, & Diffinitionem, harum ſerie confirmamus, approbamus, & innovamus, & quinque illas propoſitiones ex libro præmemorati Cornelii Janſenii Epiſcopi Iprenſis, cui titulus eſt *Auguſtinus* excerptas, ac in ſenſu ab eodem Cornelio Janſenio intento damnatas fuiſſe declaramus, & definimus, ac uti tales, inuſta ſcilicet eadem ſingulis nota, quæ in prædicta declaratione, & definitione unicuique illarum ſingillatim inuritur, iterum damnamus, ac eumdem librum ſæpe dicti Cornelii Janſenii, cui titulus *Auguſtinus*, omneſque alios tam manuſcriptos, quam typis editos, & ſi quos forſan in poſterum edi contigerit, in quibus prædicta ejuſdem Cornelii Janſenii Doctrina, ut ſupra damnata defenditur, vel aſtruitur, aut defendetur, vel aſtruetur, damnamus itidem, atque prohibemus. Mandantes omnibus Chriſtifidelibus, ne prædictam Doctrinam teneant, prædicent, doceant, verbo, vel ſcripto exponant, vel interpretentur, publice, vel privatim, palam, vel occulte imprimant, ſub pœnis, & cenſuris contra Hæreticos in Jure expreſſis ipſo facto abſque alia declaratione incurrendis. Præcipimus igitur omnibus Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque locorum Ordinariis, ac hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, ac Judicibus Eccleſiaſticis, ad quos pertinet, ut præinſertam ejuſdem Innocentii Prædeceſſoris Conſtitutionem, Declarationem, ac Definitionem, juxta præſentem noſtram determinationem, ab omnibus obſervari faciant, ac inobedientes, & rebelles prædictis pœnis, aliiſque juris, & facti remediis, invocato etiam, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio, omnino coerceant. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, decimo ſeptimo Kalend. Novembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Confirmatio, & Declaratio præd. cum d[am]natione [li]brorum, & [de]fenſionis d[o]ctrinæ Janſenii.

Proſequitur Conſtitutio Clementis XI

§.5. Subinde vero, quo omnis Apoſtolicarum definitionum eludendarum aditus intercluderetur, memoratus Alexander Prædeceſſor, priſcum Eccleſiæ morem ſequutus, certam edidit Formulam ab omnibus Eccleſiaſtici Ordinis, tam Secularibus, quam Regularibus perſonis ſubſcribendam per aliam ſuam hac in re promulgatam Conſtitutionem tenoris ſequentis, videlicet.

Conſtitutio altera Alex. VII.14.Febr. 1664, in qua exhibita fuit Formula ab omnibus ſubſcribenda.

§.6. ALEXANDER EPISCOPUS *Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.* Regiminis Apoſtolici divina providentia Nobis, quamvis immeritis, commiſſi ratio poſtulat, ut ad ea potiſſimum, quæ Catholicæ Religionis integritati, & propagationi, animarumque ſaluti, & Fidelium tranquillitati conſulere apta, & idonea eſſe judicantur, animum, & curam omnem, quantum licet, in Domino applicemus. Quamobrem Cornelii Janſenii hæreſim, in Galliis præſertim ſerpentem, ab Innocentio X. fel. rec. Prædeceſſore noſtro fere oppreſſam, ad inſtar colubri tortuoſi, cujus caput attritum eſt, in varios gyros, & cavillationum deflexus euntem ſingulari Conſtitutione ad hunc finem edita altero aſſumptionis noſtræ anno extinguere conati fuimus. Sed ut multiplices Hoſtis humani generis artes adhibet, nondum plene conſequi potuimus, ut omnes errantes in viam ſalutis redirent, qui tamen unicus erat votorum, & curarum noſtrarum ſcopus, quibus operam, & induſtriam ſuam egregio ſane ſtudio Venerabiles Fratres noſtri Archiepiſcopi, & Epiſcopi Regni Galliæ, earumdem Conſtitutionum Apoſtolicarum exequutioni præcipue intenti contulerunt, & Chariſſimus in Chriſto Filius noſter Rex Chriſtianiſſimus ſingulari pietate auxiliarem dexteram ſtrenuo, ac conſtantiſſimo animo porrexit. Cum autem præfatus Rex Chriſtianiſſimus eodem Religionis zelo ductus per ſuum in Urbe Oratorem Nobis ſignificari, exponique curaverit, nullum aliud opportunius remedium peſtiferæ hujus contagionis reliquiis extirpandis adhiberi poſſe, quam ſi omnes certam Formulam ſubſcriberent noſtra auctoritate firmatam, in qua quinque propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro, cui titulus *Auguſtinus* excerptas ſincere damnarent, ac proinde illam a Nobis quantocyus expediri, ad quælibet effugia præcludenda, omneſque removendos obtentus, flagitaverit. Nos tam piis dicti Regis Chriſtianiſſimi votis benigne annuendum eſſe ducentes, Formulam infraſcriptam ab omnibus Eccleſiaſticis, etiam Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, necnon aliis quibuſcunque Eccleſiaſtici Ordinis, tam Regularibus, quam Secularibus, etiam Monialibus, Doctoribus, & Licentiatis, aliiſque Collegiorum Rectoribus, atque Magiſtris ſubſcribi diſtricte mandamus; idque intra tres menſes a die publicationis, ſeu notificationis præſentium; alias contra eos, qui intra terminum prædictum non paruerint, irremiſſibiliter procedi volumus juxta Canonicas Conſtitutiones, & Conciliorum Decreta. *Formula a ſupradictis ſubſcribenda. Ego N. Conſtitutioni Apoſtolicæ Innocentii X. datæ die 31. Maji 1653. & Conſtitutioni Alexandri VII. datæ die 16. Octobris 1656. Summorum Pontificum me ſubjicio, & quinque propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro, cui nomen Auguſtinus excerptas, & in ſenſu ab eodem Auctore intento, prout illas per dictas Conſtitutiones Sedes Apoſtolica damnavit, ſincero animo rejicio, ac damno, & ita juro: Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.* Decernentes inſuper præſentes literas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenos, & integros effectus ſortiri, & obtinere. Sicque per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos ubique judicari, & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocunque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis committimus, & mandamus, ut ſinguli in ſuis Diœceſibus, ac locis ſuæ juriſdictioni ſubjectis præſen-

Formula prædicta.